RESPONSIO
VOCATIONI DIVINÆ
ADÆQVATA,
in Comparitione pro termino
ILLUSTRIS olim CLARISSIMI, & ADMODUM REVERENDI DOMINI,
M. GEORGII
ZUBRZYCKI,
in Alma Universitate Cracoviẽsi Philosophiæ DOCTORIS, in Inclyta Academia Posnaniensi Sacræ Theologiæ PROFESSORIS, Collegæ Minoris Vocati, Ecclesiæ Parochialis in Łukowica PRÆPOSITI, Seminarii Academico-Diœcesani PRÆFECTI,
dum
in Ecclesia Parochiali Sanctæ Margarethæ Virginis & Martyris in Srzodka, ad Posnaniam sita, sub directione Congregationis Oratorii Sancti PHILIPPI NERII existente,
magno omnium dolore, justa ei Funebria persolverentur;
à
M. ANDREA BADURSKI, in Alma Universitate Cracoviensi Philosophiæ Doctore, in Inclyta Academia Posnaniensi Scholæ Grammatices Professore.
DENUNTIATA.
Annô salutis 1761. Die 17. Decembris.

POSNANIÆ, Typis ACADEMICIS.

Rigidum jus est, & inevitabile mortis.

Ovid: ad Liviam.

Certo veniunt ordine Parcæ,
Nulli jusso cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem,
Recipit populos urna Citatos.

Senec: Herc: furt. Actor: I.

Omnibus hominibus obeunda mors est.

Eurippides in Menallipe.

PERILLUSTRIBUS CLARISSIMIS, & ADMODUM REVERENDIS DOMINIS,

D. M- LUCÆ LUBASZOWSKI,

in Alma Universitate Cracoviensi Philosophiæ DOCTORI, Ecclesiæ Parochialis Czerleinensis PRÆPOSITO, Costrinensi DECANO.

D. M. JOANNI CHRYSOSTOMO SEWERINOWICZ,

in Alma Universitate Cracoviensi Sacræ Theologiæ DOCTORI, NOTARIO Apostolico, Ecclesiæ Collegiatæ Szamotuliensis DECANO, DĄBROVIANÆ Capellæ S. CRUCIS in Ecclesia Sancti JOANNIS Hierosolymitani ad Posnaniam sitæ PRÆBENDARIO.

Perillustri, & Admodum Reverendo Domino

PETRO MYSZCZYNSKI,

Congregationis Oratorii Sancti PHILIPPI NERII, ac Ecclesiæ Parochialis Sanctæ MARGARETHÆ in Srzodka PRÆPOSITO,

DOMINIS PATRONIS COLENDISSIMIS.

Arvam ex se hanc opellam, magnam tamen ex meritis Illustris *olim* PRÆFECTI, *Vobis ex æquo offerendam duxi* PERILLUSTRES DOMINI. *Illius etenim sicut sapientissimus in hoc fuit progressus, quod* Vos *fideles sui elegit Executores, ita meus erat spiritus, alienos non quærendo Deos*, Vos *hujus opellæ sortiri Mecænates. Repeto quod dixi: sapientissimus illius in hoc fuit progressus, quod* Vos *suæ voluntatis ultimos* EXECUTORES *fecerit, sciens enim perbellè* Vos *munificos esse* Lubransciānæ Pinûs BENEFACTORES *persvasus fuerat, ad fideles Vestrûm manus fortunam suam post fata fore committendam. Primum dictorum objectum es* Perillustris Domine LUBASZOWSKI, Czerleinensis Præposite, *qui aliquot annîs Cracoviæ sedulus Phisosophiæ* DOCTOR, & PROFESSOR, *Posnaniensem veniens sub solem, quomodo meritîs & laboribûs illustrâsti Majoricam, testes hos apello, quibus lumen gloriæ spargebas scientificæ. Parùm Tibi fuerat laborare tantùm, placuit & mereri, hinc Poëseos Scholam (cujus totô quadrienniô laboriosæ admi-*

ſtar apis, operoſus fuiſti Profeſſor, *) proprio ſumptu reparâſti, reparatam, ut dignum Latonis Filii, & Heliconiarum Muſarum fieret domicilium, ſplendore gratiæ adornâſti. Et ſicut operoſam virtutem curſu ordinario ſequitur merces, ita Tu præmiſsis meritis Czerleinenſem, (in qua liberalitatem Tuam, non ſolùm Præpoſituralis Domus, verùm etiam Eccleſiæ manifeſtant parietes) promoveris ad Præpoſituram, ſic tamen promotus, oblitus illius communis adagii*, quàm procul ab oculis, tam procul ibit amor, *gratus ſemper Matri Filius, pro reparanda poſt incendium Poſnanienſi Academia ſingulari Tua munificentiâ largam admoviſti manum, admovere non deſinis, & quod adhuc admoturus ſis, ſpem non vanam concipimus Academici. Non diſpar* & Tu *præſentaris* Perilluſtris Domine SEWERINOWICZ, *Cujus beneficia Lubranſcianæ præſtita Pinui ſcire qui deſiderat, Oratorium Academicũ ad meliorẽ Studentiũ commoditatẽ fundituˢ fermè erectũ, periſtromatibus ornatum, ſtubamq; intueatur Communem. Fatemur ſinguli Lubranſcianam Pinum ex Tua irrigatione Majori Poloniæ, maximum edidiſſe fructum, rivulis Oratoriis (in quibus toto novennio doctarum mentium eruditus fueras Navarchus,) gemmas Polono inſertas diademati emanâſſe plurimas, pro quo Tibi Rhetorica lumina triumphalem accẽdendo rogum, erigunt obeliſcos. Euripus Philoſophicus, quàm grato Tibi manabat alveò, quis non vidit, & quis non agnovit, dum Te toties ſolidè augumentantem audivit. Plura loqui innata Tibi non ultro permittit modeſtia. Non diſſimilis in profuſione affectûs manes* Perilluſtris Domine PRÆPOSITE MYSZCZYNSKI, *nota eſt Tua nobis ſemper propenſio, Qui ut monſtres melius, quod & poſt fata ſic ad dictus Profeſſoribus, ſecundum jam in Tui Eccleſia ſepeliendum non dedignaris ſuſcipere Præfectum. Nos affectum compenſando affectu, officioſam, ac debitam Tuæ propenſioni conteſtamur gratitudinem. Hæc eſt* Veſtra *laus, hoc* Veſtrum *encomiũ* PERILLUSTRES DOMINI, *illud tamen non fucatum credite, quia Academico procedens ex corde. Ferebatur ſemper ſincero hoc erga* Vos *corde* Illuſtris *olim* PRÆFECTUS, *Qui* Veſtrum *in Academiâ affectũ reſpiciens, eundem etiam poſt fata ſibi præſtandũ non vanè ſperans, partem fortunæ ſuæ Vobis reliquit diſponendã. Etſi ille* Veſtræ, *ſe, ſuaq; protectioni reddidit, cur non ego illius Elogiaſta, ſub umbrã alarũ, alias Gratiarũ Veſtrarum, cum hacce Opella accurrere debeã. Suſcipite quæſo, benevolò animò encomia mortui, Qui viventis oculati virtutũ & perfectionũ fueratis teſtes, ego benevolentiã* Veſtrã *grato acceptans corde, indeſinenter precabor, ut Vobis Auguſta honorũ majeſtas, ac conſtans (longæva prævia incolumitate) reſpondeat ad nutus fortuna. Ita precor*

Perilluſtrium, Clariſſimarum, & Admodùm Reverendarum Dominationum Veſtrarum,

devinctiſſimus ſervus, Author Operis.

RESPONSIO
Vocationi Divinæ
ADÆQUATA.

Vocationi reſpondere Divinæ;
legibus & Statutis ab alto latis parere,
ſinguli quod debeant,
extra Erotheſim eſto.
Judicium Domini poſitum omni Carni
lege immutabili
quia
Legiſlatoris immutabilis
nulla appellatione admiſſa
uti in propoſitione notoria
Statutum eſt hominibus ſemel mori.
Heu
quam terribile reſponſionis forum?
in quo
ad publicum edictum nulla exemptio
in quo

nec latæ sententiæ decretum
relaxationem,
nec ad instantiam Actricis Libitinæ
intimata citatio
remissam patitur.
Pro
infaustum parti citatæ Processum!
quo introducto
supplex libellus non auditur,
intercessionalis non admittitur.
tempore Cujus
nec in bonis, nec in fortuna,
sed in persona debitũ mortalitatis solvendũ veni
O legem mortis minimè *Gratianam?*
quæ
rata est,
ne abrogetur,
fixa,
ne immutetur.
Pro invidum vitæ Actoratum Libitinæ?
pro acerbitatem & inhumanitatem ejus!
quæ
dum citat
statim peremptoriè
dum vocat
Theologos Philosophos, Mathemáticos,
vincit,
sicq; excandescit in doctos,
ut Professores ex professo legem subire jubeat.
Ejusmo-

Ejusmodi Actus
Scena dolenda
hodie spectanda venit
in comparitione pro termino
ILLUSTRIS olim CLARISSIMI & ADMODUM REVERENDI Domini,

M. GEORGII ZUBRZYCKI

In Alma Universitate Cracoviensi Philosophiæ DOCTORIS, in Inclyta Academia Posnaniensi Sacræ Theologiæ PROFESSORIS, Collegæ Minoris Vocati, in Łukowica PRÆPOSITI, Seminarii Academico Diæcesani PRÆFECTI
Viri de Ecclesia DEI, & Republica Literaria Emeritissimi
Qui sciens
quod
Verus amor Christi, vera est custodia legis,
ne naturæ immutaret ordinem
Vocatus paruit,
ne legem inverteret,
hanc adimplevit,
dum Vocationi respondit Divinæ.
Florens adhuc iuventa,
rectæ rationis & vocationis Eundem conformari instinctui
manifestavit Orbi.
Dotibus is naturæ, ac gloriæ correspondendo donis,
ut eandem perfectioribûs dotaret qualitatibûs,
innatam ad Studia capacitatē non inhumat,
dum
humaniora petit,

utq; in littore ſiſtat votorum,
Literas aggreditur.
Puer hic
prætextam humerô, Togam ferebat animô,
magnus pôſt futurus Stagyrita.
Quidquid ad bonos explicuit mores,
venerandum geſtu cernebatur ſenium,
quidquid protulit,
hoc profuiſſe ſingulis videbatur.
In tenera ætate, mens adulta,
Cultui ſemper Divino vacans,
nihil magis ſatagebat agendum,
quam pietate occupari & ſcientiâ.
Extra Heliconem Podolienſẽ Rzeſovienſi admotus Minervæ,
non minora magnitudinis animi
(intra modeſtiæ limites)
dum præſentaret ſigna,
humaniortbûs non immoratur ampliûs,
altiora contendit,
ut expoliatur melius,
& perfectionetur ſolidius,
Nec alibi
niſi in trino perfectionem omnium conſiſtere ſciens,
Primam Orbis Poloni Palæſtram
Sedem Doctorum
Almam Univerſitatem Cracovienſem tertiô petit locô,
ut Triariꝰ virtutibûs meritîs & laboribꝰ redderetur
Nullæ Muſæ ſic placuere Eidem, quàm Craciæ,
nullus pariter Muſis placidior Georgiô factus.
Procul ab eo deſidies
ipſum deſiderium & amor diſcendi expolitã occupârunt mentẽ
quæ meruit mox Doctoralibûs coronari laureîs.
Jamq; ſorte fortunæ Philoſophiæ Doctor,
totus in meditatione mortis,
tan-

tantùm eidem ſuperaddens decoris,
quantùm hæc confert Laureatis,
plus tamen ei debuit laurea Philoſophica,
quàm ille laureæ
ticæ noctes, lumē ei conquirendæ Scientiæ erant,
dies modeſtiæ umbra,
1odvis tempus pietati & eruditioni ſacratum.

Et hinc venit

od notabilis Ejus probitas, & probata Sapientia,
poliendis in utroq; ceſſit in Magiſtram ſubjectis

dum

inarii Academico Diæceſani Craco: Vice Præfectꝰ declaratur:

Ecquid!

ſi non lucerna eminenter patens ſingulis;
æ formá, morum norma, exemplar Sanctimoniæ
ſolicitus in inſtitutione,
ſedulus in cultûs Divini promotione,
primus ipſe in executione.
Cumq; major fertilium reddatur gloria arborū
quòd fructibûs proſint, quàm quod emineant ramis,
fructificentq; non ſibi, ſed uſibus Orbis,

hinc

gnæ mentis non minor domi nota eminentia
ut publico innoteſcat Orbi,

vota inſtant Majorum,

aliàs:

ut melliflua oris ejus eloquentia
(quæ toties ſaxea emolivit Corda)
onicis de Saxia grato Rhetoricorū fontiū ſcaturiat murmure
Paret votis, & vocationi ſuæ Profeſſor,
qui quidquid docto protulit ab ore,

auditus eſt,

B acſi

acsi ipsa animorum loqueretur Regina,
eloquii affabilitate, acuminosis conceptibûs, verborum catenùs
vocalis resonantiâ,
ut per Orbem Literarium Classicum redderetur.
unicâ sparthâ suâ
Ecclesiæ adExedrasPræcones,Orbi adCathedras sistẽdoOratores
Nec ultro dimittitur,
qui cordibus adhæsit singulorum.
Cursûs demùmPhilosophici Professor quanta egit,
quisqvis quærit;
quæsita facile adinveniet,
in triplici,actꝰ publici,ConclusionũThõisticarũ propugnatione
ubi ea, quæ docuit, dum propugnavit, propalavit.
Cumq; inter amænas literas, amænior reddatur conscientia,
ne corde inclusa pietatis ebulliat scintilla
hanc studiô humilitatis cooperiens
sub Clausuram retrogreditur Seminarii.
Sed vocatur altiùs mens sublimis
Majoricæ exhibetur, Posnaniensi præficiturSeminarioPræfectꝰ.
Respondet, cui semel spopondit, Matri Filius,
propositam spartham suscipit,
susceptam laboribûs & meritîs ornat,
sic ornatam
publico visendam exponit Orbi.
Correspondet mox labori merces, virtuti honos,
dum emeritus Professor,
in Minoris Domûs recipitur Collegam.
Sed o invidum Seminario fatum!
quod sèmina tantùm meritorum ad honores pandit
& hîs congaudere non permittit,
Vocatur facilî singulorum assensu,
sed minimè felici respondet ascensu.
Sapientissimus hic,

qui

qui nec sophismate frangi
nec dilemmate flecti poterat,
lege mortis convincitur,
& qui multa docuit, modica petit.
Supremus Literatorum Rector, diem comparitionis præfigens,
legi naturæ Eundem parere jubet,
in Collegio Majori Cælesti sistendum declarando.
Respondet vocationi Divinæ mens pientissima,
& ut exasse pareat,
die non Juridica sine ulla replica sistit,
ut comparitionis præcedat terminum.
Et quia
non ibi Sol occasum ponit, unde sui ducit ortum,
ita
Illustrium Virorum alia ortûs, aliena persæpè Occasûs Patria,
Phytagoram genuit Samos, texit Metampontus,
Ciceronem Arpini ortum, sinus Cajetanus vidit exanimem,
Pliniũ infantem lavit Athesis, grandævũ extinxit Vesevus,
minor Polonia Georgiũ dedit, operit Majoricæ terra.
Ingens Tui Cordolium est
Perillustris, & Reverendissime Domine,
D. M. ANTONI
BOJARSKI,
in Alma Universitate Cracoviensi Sacræ Theologiæ DOCTOR, in Inclyta Academia Posnaniensi J.U. PROFESSOR, COLLEGA Major, Ecclesiarum; Cathedralis Posnaniensis CANONICE, Parochialiũ, in Zrzembice & Snieciska PRÆPOSITE, Consistorii Posnaniensis ASSESSOR, Ordinandorũ & Approbandorũ Synodalis EXAMINATOR, Librorum per

Diæcesim CENSOR, Inclytæ Academiæ Posnaniensis RECTOR.

quòd hic

qui Tuæ semper conformabatur voluntati,

legi mortis parere coactus.

Vos in subsidium & solatium substituit

Rectissimi ultimarum Tabellarũ Executores,

Perillustris Clarissime & Admodum Reverende Domine

D. M. LUCA LUBASZOWSKI,

In Alma Universitate Cracoviensi Philosophiæ DOCTOR, Ecclesiæ Parochialis Czerleinensis PRÆPOSITE, Costrinensis DECANE.

nota illi erat Tua in singulos benevolentia;

Qui toties Gratiarum Tuarum æstuabat favoribûs;

hinc & post fata addictum sibi cor Tuum sperans,

sortem boni sui Tibi reliquit disponendam.

Nec à Te Tabulas suas removit

Perillustris Clarissime & Admodum Reverende Domine;

D. M. JOANNES CHRISOSTOME SEWERINOWICZ,

in Alma Universitate Cracoviensi Sacræ Theologiæ DOCTOR, Publice Sacrâ Authoritate Apostolicâ NOTARIE, Ecclesiæ Collegiatæ Szamotuliensis DECANE, Dąbrovianæ Capellæ S. CRUCIS in Ecclesia Parochiali S. JOANNIS Baptistæ ad Posnaniam sitæ PRÆBENDARIE.

qui Unus in Omnium pectoribus vivens

Tuo singulariter inhærebat,

de animi propensione, cordisq; Tui rectitudine benè certus,

quòd

quod & post mórtem, animô Eidem auxiliaberis indistinctô.
Quæsivit & Tuam Gratiam.

Perillustris, & Admodùm Reverende Domine,

D. PETRE MYSZCZYNSKI,

Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii, ac
Ecclesiæ Parochialis S. Margarethæ in Srzodka,

PRÆPOSITE,

ut quem viventem, amicissimè Tibi cohærentem tenebas,
mortuum reciproco prosequereris affectu.
Toto ille tempore, Vestris animum aptabat affectibus,
sicq; laudanda egit, acsi nihil egisset,
ex quo suæ famæ, pennas addidit, lingvas ademit.
Nihil in Codice legit, nisi ea quæ fecerat,
facta enim ejus nisi leges fuerunt.
Naturæ donîs cumulatus omnibus,
ita se in illis gessit,
ut Authori Naturæ, quod à Natura acceperat, restitueret,
utq; sic congruè Vocationi responderet Divinæ.
Inter pia suspiria exspiravit,
Cui ut æternum Judicis favor Dei adspiret,
Vos pro Eo
ad DEUM suspirate.